



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

V. De Ritibus & caeremonijs obseruandis per sacerdotem deportantem
Monstrantiam cum SS. Sacramento in Proceßionibus eiusdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

TITVLVS V.

De Ritibus & Cæremonijs obseruandis per Sacerdotem deportantem Monstrantiam cum SS. Sacramento in Processionibus eiusdem.

1. SI statim finito Sacro coram SS. Sacramen- *Gauantus*
to patent et exposito, celebrato : facienda *comment. in*
est processio cum SS. Sacramento , Celebrans *Rubr. Miss.*
finita Missa statim f. Et a genuflexione in medio *Part. 2. Tit.*
super suppedaneum altaris descendens per gra- *14. n. 16. &*
dus laterales retrahit se extra cornu *pag 4. tit. 12.*
ibique in plano deposit Planetam & manipulum
accipit pluuiale album adiuuantibus Diacono
& Subdiacono, qui etiam ibidem suos manipu-
los deponunt.

2. Tum per planum inter Ministros sacros e-
leuantes pluuiale eius, si commode fieri potest,
accedit ad medium altaris, vbi cum eis in plana
terra utroque flectit genu, & se profundè incli-
nat ante & post ; deinde surgit & genuflectit
super insimum gradum Altaris, vbi aliquantu-
lum orat cum ipsis Ministris.

3. Facta oratione à Celebrante, ipse surgit & *Gauantus*
accepto cochleari ac Diacono Nauiculam ihu- *part. 4. tit.*
ris porrigitente ter imponit incensum duobus *12. n. 3.*
thuribulis sine benedictione : mox genuflexus
in medio supremi Altaris gradus, accepto altero
ex thuribulis, atque facta inclinatione, triplici
ductu incensat SS. Sacramentum in tabernacu-
lo ostensorio positum , Ministris eleuantibus
partes anteriores Pluuialis, & se inclinantibus
similcum Celebrante ante & post.

4. Deinde

Carem. Epis.
lib. 2. 33.

Gauantus
part. 4. tit.
12. num. 4.

4. Deinde Celebrans reddit Thuribulum stranti
Diacono à dextris genuflexo. Tum Ministrum quosi
Sacri accepto velo oblongo sericeo albo d 9.
manu Cæremoniarij illud ita extendunt super vocer
humeros Celebrantis adhuc genuflectentis spond
& aeiculis firmant, adiuuante etiam Cære stentil
moniario, ut æqualiter fluat super brachia & ma lijs ca
nus eius. dum

5. Mox Diaconus accedit ad Altare, ubi fit. gar.
Età genuflexione capit Monstrantiam cum ut 10.
Maximo Sacramento, quam Celebranti adhuc poteri
genuflectenti sine vlla reverentia tradit, qui il decen
lam capit dextrâ nudâ per nodum, sinistrâ vero super
nuda per pedem: ita ut imago Christi quæ est in Dia
Hostia respiciat populum. Quo facto manus censu
Celebrantis Diaconus regit extremitatibus veli flexus
oblongi, ita ut nullo modo appareant sed tantum Canto
SS. Sacramentum pateat in Monstrantia; quo cantar
facto statim genuflectit.

6. Mox Celebrans cum Monstrantia, SS. Sa
cramenti surgit, & ad planum supremi gradus
ascendit, atque Sacramentum ante faciem tenens
ibi ad populum se conuertit, & interim Dia
conus & Subdiaconus, mutant loca sua ut ille in
processione incedat à dextris, & ille à sinistris
Celebrantis hinc inde, & ambo sic assistentes
fimbrias anteriores Pluialis, & cum opus est,
brachia eius subleuantes.

7. Postquam Celebrans conuerterit se cum
Monstrantia SS. Sacramenti ad populum, tunc
& non priùs Cantores adhuc genuflexi intonant
deuotè Hymnum *Pange lingua*, &c. atque statim
omnes surgunt, & Chorus Hymnum grauiter &
deuotè prosequitur.

8. Deinde si ordo Processionis ad Celebra
tem venit ipse medius inter Diaconum & Sub
diaconum descendit sub vmbellam tenens Mon
strantiam

strantiam cum SS. Sacramento ferè ob oculos,
quos in eandem semper pè defixos habebit.

9. Per viam Processionis Celebrans submissa
voce recitat aliquos Psalmos vel Hymnos re Carem. Epis.
lib. 2. cap. 33.
spondentibus Diacono & Subdiacono sibi assi-
stentibus; non enim conuenit quidquam cum a-
lijs cantare, nisi forte essent pauci admo-
dum Clerici, & necessitas maxima ad id co-
gat.

10. Quando via processionis longior fuerit,
poterit Celebrans in locis, aut altaribus ad hoc
decentissimè ornatis deponere SS. Sacramentum
super Corporale priùs explicatum, ibi autem
Diaconus genuflectit, accipit SS. Sacramentum, Carem Epis.
lib. 2. cap. 33.
illud ponit super Corporale, ministrat in-
censum Celebranti de more: Celebrans genu-
flexus illud ter incensat, interim & non priùs
Cantores, dum inchoat incensationem Celebrās,
cantant Vers. Tantum ergo Sacramentum, vel O
Salutaris Hostia, vel Panis Angelicus fit panis ho-
minum ex hymnis festi SS. Sacramenti, aut aliud.
Quo facto duo Cantores subdunt versum Panem
de cœlo, &c. Chorus vero responder omne delecta-
mentum &c. Tum Celebrans surgit, & dicit De-
minus vobiscum, & Orationem Deus qui nobis, &c.
ex libro quem Diaconus & Subdiaconus genu-
flexi sustinent hinc inde ante eum. Responso à
Choro Amen, Celebrans nihil addens, ascendit
ad altare, genuflectit, & sine alterius ministerio
accipit velatis manibus, ut priùs, Monstrantiam
cum SS. Sacramento, & vertens se ad populum
prosequitur Processionem. Hoc tamen passim
non fiat ad singula altaria, vel loca ornata in vijs,
sed semel tantum ac iterum arbitrio Celebran-
tis; frequentes enim stationes videtur impor-
tant, & sàpè ordinem Processionis peruerunt.

11. Quando plures sunt Sacerdotes qui in via

M

Proces-

Processionis per vices deportaturi sunt SS. Sacramentum, tunc quando peruenit, fuerit a altare primæ stationis primus Sacerdos deportans, positiæ in ipso Altari Monstrantia cum SS. Sacramento genuflexit, atque statim surgo imponit thus alteri thuribulo sine benedictione deinde in supremo Altaris gradu genuflexit SS. Sacramentum reverenter thurificabit tripli- ci ductu, Cantoribus interim canentibus Re- sponsum, Antiphonam, aut partem Hymni eodem SS. Sacramento aut Patrone istius Ecclesie cum versiculo patuo & Responsorio. Quodicto primus Sacerdos stans ex libro quem Ministri Sacri hinc inde genuflexi tenebunt cantabit Collectam conuenientem. Quâ finitâ idem primus Sacerdos præviâ genuflexione accipit Monstrantiam cum SS. Sacramento, & vertens se ad populum super eum, semel signum crucis facit nihil dicens, atque eandem Monstrantiam reverenter tradit sequenti Sacerdoti ibidem genuflexenti, & statim atque illam in manibus illicius reliquerit, genuflexit & surgit cum eodem Sacerdote, qui cum ipsa Monstrantia SS. Sacra- menti in supremo altaris gradu vertens se ad populum sine ulla benedictione prosequitur Pro- cessionem ad stationem sequentem: hæc multo in locis ita practicantur, sed ramen seniori iudicio submittuntur.

12. In fine Processionis postquam Sacerdos al- derit secundum Altaris gradu, deponit SS. Sacra- mentum in manus Diaconi genuflexi in plani- fuppedanei ad cornu Epistolæ quasi vertente renes eidem cornu, & hic surgit & reverenter il- lud collocat super medium Corporalis exten- super Altare, non omnino renes vertens Cele- branti ob eius reverentiam, nec statim illud po- nit super altare, sed tantillum expectat ut Cele-

sunt SS. Si
trans illud adoret. Sic autem illud ponit ut ima-
go Christi in Hostia Sacra expressa populum re-
spiciat, tum Diaconus genuflectit & accedit ere-
ctus ad dexteram Celebrantis, cuius velum non
adhuc remouetur ab humeris eius, qui infra da-
turus est benedictionem.

13. Postquam Celebrans dederit SS. Sacra- *Carem Epif.*
mentum Diacono statim genuflectit, & illo de- *lib. 2. cap. 31.*
posito super altare ab eodem Diacono, ibidem
stans ponit thus in alterum thuribulum, mini-
strante Diacono nauiculam & genuflexus ss. Sa-
cramentum ter, de more incensat.

14. Intermittim Cantores statim ac Celebrans in- *Rit. Rom. de*
cipit incensationem, & non prius incipiunt ver *process. SS.*
sum Tantum ergo & prosequuntur eundem cum *Sacramenti.*
sequenti versu Genitori Genitoque, &c.

15. Dicto versu Genitori cantatur versus Panem *Rit. Rom.*
de celo, &c. à duobus Cantoribus genuflexis, *loci citat.*
Chorus vero respondet, Omne delectamentum, &c.
Tum Celebrans surgit & dicit Dominus vobiscum,
& orationem Deus qui nobis, &c. ex libro quem Sa-
cri Ministri genuflexi sustinent hinc inde ante
eum. In fine Orationis dicitur tantum brevis
conclusio Qui viuis & regnas. Per omnia secula
seculorum, & in Rituali Romano & non adhibetur
longior, quia tantum additur ad Missam & Horas.

16. Responso à Choro Amen, Celebrans nihil
addens ascendit ad Altare, genuflectit, & sine al-
terius ministerio accipit velatis manibus, ut
prius, Monstrantiam cum SS. Sacramento, & ver-
teat se ad populum per latus suam dextrum, te-
nens manu dextra nodum, sinistrâ vero pedem
Monstrantiae, ut prius, ante pectus benedicit po- *Gauantes*
pulum semel tantum nihil dicens, in modum cru- *par. 4 tit. 12*
cis, facie Hostiae ad eundem versa, & gyrum per- *num. 7a*
ficiens, Monstrantiam cum SS. Sacramento col-
locat super altare.

17. Interim dum Celebrans benedit, Minstri hinc inde genuflexi, & inclinati facie versi SS. Sacramentum, eleuant partes anteriores Pluvialis illius.

*Caventus
part 4. tis.
12. num. 8.*

18. Deposito SS. Sacramento à Celebrante per Attare, ipse statim, genuflexione facta, descendit ad secundum gradum, ut prius, id est genuflectens in primo gradu, ibi que amoto ab eo per Subdiaconum aut Cæremoniarium velominet cum alijs ministris genuflexus donec monstrantia cum SS. Sacramento per Diaconum intra Tabernaculum maius aut super altioremetaris locum, si expositum manebit, reponatur amplius, non incensatur iuxta Rit. Rom. & Cerem. Episc. sufficit enim unica incensatio statim post redditum processionis ut suprà, contra mellef. SS. Sacramentos qui multoties absqueratione valida illud incensant.

19. Diaconus postquam reposuerit SS. Sacramentum, facta genuflexione, descendit ad dextram Celebrantis, ubi genuflectit; mox omnisurgentes, acceptis biretis recedunt in Sacristiam, Thuriferarijs præcedentibus, & Subdiacono cum Cruce, quam prius recepit de loco suo, in medio Geroferiorum, quos sequuntur Cæremoniarius, Ministri sacri & Celebrans.

20. Si SS. Sacramentum maneat expositum, ecclatu, nec Celebrans, nec ministri, nec alij regunt capita intra Presbyterium, sed extra tantum, nec candelæ extinguentur, nisi etiam extra illud. At si includatur, Celebrans & ministri eo inclusi acceptis biretis regunt capita sua ante Altare, & tunc omnes extinguent candelas.

ANNOTATIONES.

§. 1. Publicæ, Sacraque Procesiones, seu Supplicationes, quibus ex antiquissimo SS. Patrum instituto, Catholica Ecclesia, vel ad excitandum fidelium pie.

SACRA

tit. V.
edicit, Min-
facie versa-
teriores Pa-
elebrant su-
ne facta, de-
us, id est ge-
amoto ab eo
um velo, mo-
donec Mo-
aconum no-
altiorem i-
eponatur.
Rom. & Ca-
nstantinopolis.
tit. SS. Sacra-
mentum ad der-
box omnes
nt in Sancti
& Subdia-
de loco suo
antui Cato-
is.
positum, eo
alij regunt
antum, nec
a illud. At
eo inclusio
Altare, &

tatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eiique
gratias agendas, vel ad diuinum auxilium imploran- *Rit. Rom.*
dum vti conueuit, qua par est religione celebrari de *tit. De Pro-*
bent, continent enim magna, ac diuina mysteria & cess.
salutares Christiana pietatis fructus eas pie exequen-
tes a Deo consequuntur, de quibus fideles præmoni-
re, & erudire, quo tempore magis opportunum, fue-
rit, Parochorum officium est.

§. 2. Processiones quædam sunt ordinariæ, quæ sunt *Rit. Rom.*
certis diebus per annum, vt in festo Purificationis Beatae *loci cit.*
Mariæ semper Virginis, & in Dominica Palmarum,
& in Litanij majoribus in festo Sancti Marci, & in
minoribus Rogationum triduo ante Ascensionem Do-
mini, & in festo Corporis Christi, vel alijs etiam die-
bus pro consuetudine Ecclesiarum.

§. 3. Quædam verò sunt extraordinariæ, quæ va-
rijs ac publicis Ecclesiæ de causis in dies indicuntur
ex Episcoporum Diocesanorum iussu, decreto; vel
cum expresso eorum consensu.

§. 4. Ut Processio SS. Sacramenti secundum debitas *Cerem Epis.*
ceremonias, in honorem tanti Sacramenti fiat, & ad *lib. 2 c. 33.*
remouendas omnes contentiones, & lites, quæ forte
causâ præcedentia oriri possent. & in ipso actu maxi-
ma cum indecentia, & scandalo Processionem ipsam
turbare, cura eius erit ad quem pertinet, ut omnia de-
center, & diligenter præparentur, & præuideantur.

§. 5. Imprimis ut plateæ omnes, quas transitura est *Cer. Epis.*
Processio, mundentur, & obstacula remoueantur, ipsæ *loci citat.*
que Ecclesiæ & viarum parietes tapetibus, aulæis, ar- *Rit. Rom., de*
boribus, frondibus, floribus, gramine, & sacris imaginis *processio fe-*
nibus, quoad fieri poterit & locus patietur, decentur *sto SS. Corpo-*
orentur; figuris quibuscumque vanis aut tali hos *Christi in*
pite indignis, procul amotis. *princ.*

§. 6. Item fiat rotulus, in quo describantur per
ordinem omnes tam laicorum Confraternitates, Re-
ligiosi, & Clerus, quæ etiam alij quicumque, qui
Processioni interesse consueuerunt, vel debent, ut se-
cundum debitum ordinem absque aliqua contentio-
ne procedatur.

§. 7. Quod siquæ præcedentiæ lis inter Religiosos,
& Confraternitates seu laicos pendeat, quæ non tam
de facile terminari valeat, potest, ut absque præiudi-
cio iurium amborum partium in assignato Processio-
nis procedere vel omnino ab huiusmodi processione
abstinere donec lis fuerit determinata.

§. 8. Ipsā processionis die summo manē præparandum est per Sacristam vel alios ministros baldachinum pulchrum super SS. Sacramentum deferendum nec non persona qualificate pro deportatione eiusdem designandæ.

§. 9. item duo tauribula, cum nauculis & thure,

§. 10. Velum quoque sericeum amplum album, astatum, seu per pulchram ornatum, ponendum super hiemeros Sacerdotis deportaturi SS. Sacramentum.

§. 11. Item funalia, seu candelæ ex cera albânum mero sufficienti. Omnes enim tam Clerici Seculares quam Religiosi & laici deborent si fieri posset, in hac processione, si non funalia, saltem candelas cæsi-

Carens. Epis. dæ accensas manibus portare, & præstertim Clericis lib. 2. cap. 33. aptatis ad easdem candelas, si opus sit, vasculis quibusdam ad modum extinktoriorum in uersorum, viuis ijs recipiatur cera effusus ex candelis ne vesci & paramenta eorum inficiantur cerâ effluente.

§. 12. Super altare in quo SS. Sacramentum exposetur, erigatur aliquis locus eminentior seu Tabernaculum aliquod pulchrum & altum in quo ponatur Corporale, seu palla benedicta paulo ampliora superponenda SS. Sacramento.

§. 13. Parantur insuper per vias aut alia loca per quas transcedunt, una, aut duæ, vel ad summum tres mensæ in modum Altarium quæ decentissime cum luminibus & pretiosis paramentis, ac mappis mundâ contegantur, cum palla aut Corporali desuper in eius medio, nisi forte bursa cum Corporali defetur ab aliquo, ut inseruiat, prout opus erit, & non est necessarium, ut super eadem mensa ponatur Altare.

Carens. Epis. portatile contra quosdam. §. 14. Eleuato SS. Sacramento, ac etiam ante, si opus erit, processio secundum ordinem in rotulo descriptum dirigitur, & procedit hoc videlicet ordine.

§. 15. Primum occupant locum catechetizæ lectiones puerorum ac puellarum, si quæ sint, vexillis proprijs distinctæ, ac suauibus melodijs Deum laudantes.

Rit. Rom. tit. de Process. §. 16. Deinde præcedunt Confraternitates laicæ, ante quamlibet sodalitatem Crux deferri debet cum proprio item vexillo prope summitatem hastæ appento, ipsâ cruce quæ mediocris formæ esse debet superpositâ, velum illud coloris sit Sodalitatis pro-

priæ cum imagine Sancti, aut mysterij sub quo quæque Sodalitas militat. Sed vexillum militari, seu triangulari forma, nequaquam factum esse debet.

§. 17. Tum sequuntur secundum ordinem antiquitatis, vel dignitatis. Religiosi, modo & ordine ut infra prescribetur de Clero seculari. Quilibet post suam Crucem cum velo in quo erit figura patriarchæ illius ordinis vel Sancti Titularis. Crux enim à Regularibus *Gauansus* defiri debet cum velo pendente, seu pallio, ex Decreto Sacrae Rituum Congregationis 14 Januarij 1617. 19. a. s. l. t. c. ad indicandam subiectionem & inferioritatem Cleri secularis; eadem ratione, quâ Baculo Abbatiali appenditur veluti, seu sudarium nodo eiusdem, ad differentiam Baculi Episcopalis.

Cavens. Epis.

§. 18. Postmodum Curiales, & Officiales portantes lib. 2. c. 33. intortitia accensa, inter quos ultimo loco ibunt nobiliores, & magistratus.

§. 19. Deinde Clerus secularis, hoc est, primò minister portans Crucem Ecclesiæ Cathedralis medius inter duos Ceroferarios cum candelabris & cereis accensis; propè enim Crucem semper hinc inde Acclythi Ceroferarij, candelabra cum cereis accensis deferre debent, ex antiquissima Patrum institutione sicut enim cum in Choro diuina celebrantur officia, semper in altari Crux media inter duo candelabra *Cascalda in* cum cereis accensis adesse debet, ita cum in Choro Ecclesiastici per Ecclesiam, vel extra procedunt Crucem ipsam inter duos cereos in candelabris accensis deferre debent.

Carem. Epis.
locu eis.

§. 20. Crucem sequuntur Clerici seminarii, si aderunt, & post eos Curati Ecclesiarum, tum Ecclesiæ loco, Collegiatæ, singulæ deferentes suam Crucem cum hasta.

§. 21. Clerici seculares sicut, & Religi si, omnes bini non absque mysterio, ut notat S. Bernardus incedere debent, iuniores præcedunt, sequuntur seniores, quilibet suo ordine, & loco, pari passu, æquali interseruatâ, distantiâ, atque proportione trium videbilet, vel quatuor passuum, inuicem si opus fuerit se expectantes, ne forte disgragentur & modestè eos qui sequantur, obseruantes, nulloque sibilo vel strepitu *R. t. Rom.* procedentium silentium perturbantes. Omnes penè *tir. de Pr. et. se.* compositi, demissis ad terrâ oculis, corpore tamen erecto, grauiter ac inodestè precibus aut cœtu intēti procedunt: remoto risu, mutuoque colloquio, ioco, vago

oculorum aspectu, vel quanis alia dissolutio ne sen
reuerentia, vt neminidantes illam offensionem vita
Concil. Tre perationibus obloquentium non sint obnoxij. Ab hi
uinc Cola- enim tantò religiosius à Religiosis aliisque ecclesi
niens. sub sticis personis est abstinentum quanto à reliqui
Hermann. Christianis altiore in locum sublati conspiciuntur
3. part. 5. ca. vt in eos tanquam in speculum Laici oculos coni
28. & 29. ciunt ex ijsque sumant modestiæ ac pietatis exem
plum quod imitentur. Grauissimum enim scandal
illud crimen est, quod ad blasphemandum nomi
Domini, & exprobrandum castris de Israel vera fidei
& Catholicæ religionis hostibus ab his datur, qui
dei & Catholicæ religionis præcipui debebat electio
tores; & in omni Christiani populi supplicatione
processione non solum non vel leuiter quidem offe
dere, sed pro culpis & offensionibus suis & aliorum
omnium, sua contritione & eminenti pietate fel
Deo irascenti murum opponere, eiusque furorem
Sanctis orationibus gemitibus, lachrymis atque sus
pirijs suis placare.

Cerem. Epis. §. 22. Ultimo loco incedit ecclesiæ cathedralis Cle
rus, qui omnes parati esse deberent paramentis albi
sibi competentibus, incipiendo à junioribus & inf
erioribus Ordine, videbiceret primo Subdiaconi & Diac
oni cum dalmaticis & tunicellis, deinde prebuti
cum planetis, ultimo loco dignitates cum pluvialib
us.

§. 23. Si Clerici deferant candelas accensas aut
ramos cum libris processionalibus, qui incedent a
dextris ramos aut candelas dextrâ deferant, sinistrâ
librum; qui verò à sinistris sinistrâ accensum cereum
elatum, æquali portione cum suo collaterali defe
rant alteram manum pectori admouentes vel eadem
librum tenentes.

Cerem. Epis. §. 24. Post Clerum sequi debent alii quidam super
lib. 2. cap. 13. pelliceis induiti faces deferentes quas ascendere de
buerunt ante eleuationem Sanctissimi Sacramenti.
Hos insequuntur duo thuriferarij cum duobus thuri
bulis & nauiculis thure repletis, continuo per viam
processionis Sanctissimum Sacramentum incensantes.

Cerem. Epis. §. 25. Post hos sequitur vmbella sub qua Sacerdos
leco citato. portans monstrantiam cum Sanctissimo Sacramento
capite directo incedit medius inter Diaconum & Sub
diaconum paratos; si verò iij haberi non possint duo
primarij viri id præstare, & simbrias anteriores plu
vialis eundo eleuare possunt.

§. 26. Ab

§. 26. Ab utraque vmbellæ parte aliqui Clerici superpellicieis induiti, aut aliqui viri honesti decenter vestiti cum facibus accensis.

§. 27. Post vmbellam Cærem Episcopum, & socium, vel unus aut duo Clerici superpellicieis induiti, pro Sacerdoti circumgestantis Sanctissimum Sacramentum, & Processionis occurrente necessitate.

§. 28. Tandem Magistratus, & alii Ciues, plebei, bini & bini inter quos primum locum obtinent Principes aut Gubernatores, omnes detectis capitibus cum intortitijs ac ensis deuotè orantes, quæ non ante extingunt, quam sub finem Processionis in Ecclesia cum sanctissimo Sacramento fuerit data benedictio.

§. 29. In principio Processionis omnes primùm Altari deinde Episcopo, si adsit, reverentiam faciunt, pariter transentes ante Altare in quo Sanctissimum Sacramentum afferuatur, vel sacra hostia eleuatur omnies genuflexunt bini tuo ordine, exceptis deferente Crucem cum ceroferariis, qui nunquam genuflectere debent. Per angustiorem locum transundo iunior præcedit, subsequitur senior, statimque dum angustiam loci transferint, eodem modo, quo prius, se iungunt & ubi procedentium numerus dispar fuerit duovltimi medium habeant seniorem, qui etiam poterit solus, maximè si fuerit Prælatus aut loci superior, post aliòs incedere.

§. 30. In omnibus Processionibus Sanctissimi Sacramenti, dum Sacerdos portans SS. Sacramentum discedit ab Altari, Clerus vel Sacerdos dictus incipit Hymnum *Pange lingua, &c.*

§. 31. Perviam Processionis cantantur Antiphonæ, Psalmi, Hymni, vel Litaniae, iuxta præscriptum Ritualis Romani aliorumque Processionalium librorum. Antiphonæ quidem à Cantoribus incipiuntur, reliquæ omnibus simul prosequentibus, Psalmi vero & Hymni ab iisdem Cantoribus inchoantur, cæteris alternatim prosequentibus, videlicet à medio, & infra ieniores prima versum, à medio & supra iuniores secundum versum, & sic deinceps alternatim usque ad finem æquali disciplina prosequuntur. Si cantandæ erunt Litaniae, Cantores in medio Processionis ipsas inchoant, reliqui omnes simul vel respondent, vel si solemniter cantantur eadem repetendo pariter cantant, interim quis silent, ad ea quæ ab alijs cantan-

*Castaldus de
Processionibus.*

tur attendant, carentes maximè ne inuicem in
temporis colloquantur & alios perturbent.

§. 32. In Processionibus Sanctissimi Sacramentis
totam viam omnes debent esse aperto capite. In aliis
autem dum per Ecclesiam proceditur erunt aperte
Capite: extra Ecclesiam vero (si non deferantur San-
ctorum Re iuxta) caput tegunt: cum ante imagine
Sanctorum transirent caput detegunt, & ante altari
per viam Constructa detecto & inclinato capite eiden-
tuerentiam faciunt.

§. 33. Si in via Processionis ad aliquam Ecclesiam
diuertendum erit, illius loci Clerus super pellicas,
vel si fuerint Regulares, habitu sui ordinis indu-
isque ad Ecclesias suæ ianuam obuiam procedere, &
que suffitu thuris excipere debent, & si cantentur Iu-
tanæ vel aliud. Cantores ianuam Ecclesiarum ingredi-
fiantur, à cantu & ibi sono campanarum atque Orga-
norum excipiuntur; & ubi ante Altare ad hoc prepa-
ratum Celebrans peruenierit: Cantores incipiunt al-
tiori & solemniori tono Antiphonam Titularis illius
Ecclesiarum, deinde subdunt versum, & Celebrans dicit
Orationem.

Carem. Epis.

lib. 2. c. 33.

§. 34. Cauendum ne in Processionibus actus sche-
nici, vel ludicri, & indecori intermisceantur, sed
omnia cum grauitate & deuotione sicut ac proce-
dant.

Att. Pro-

nunc. S Ca-

roli Borro-

mai lib. 2. de

Process. SS.

Sacrament.

Carem. Epis.

lib. 2. c. 33.

§. 35. Nullæ statuæ, imagines, aut Reliquiæ San-
ctorum sive Sanctarum in Processionibus SS. Sacra-
menti deferendæ essent, sed solum Sanctissimum Sa-
cramentum, ut veteris instituti, Ecclesiarumque Romi-
na matris consuetudinis est, pio, religiosoque appa-
ratu ferendum esset; Si vero contingat aliquam fla-
tuam pia alicui Confraternitati præferti (cui tamen
iuxta Cærimoniale Episcoporum potius vexillum
præferendum esset) ea deferri debet per Clericos Sa-
cristi initiatos & linteatos seu in corum defectu non i
contemptibilibus, sed honestis ac spectatis viris pal-
leatis, quoad fieri potest, & aperto capite omni cum
tuerentia & deuotione. Nunquam vero capsulæ
quantumcumque pretiosæ in quibus nullæ sunt ap-
probataæ reliquia venerationis causa in processioni-
bus deferendæ, aut in Ecclesijs ipsijs populo exhiben-
dæ sunt.

§. 36. Non tam ex consuetudine aliqua pia quam
detestabili abusu introductum conspicitur, quod ple-
risque.

inuicem tamen
bent. Sacramentis
capite. In aliis
erunt aperte
referantur San-
ante imagine
& ante altari
o capite eiden-
tam Ecclesiam
uper pellicem
ordinis indu-
procedere, &
cantentibz Lili-
az ingessi-
atque Oigo-
d hoc prepa-
incipiuntal-
titularis illius
elebrans dicit
us actus sche-
teantur, sed
ut ac proce-
eliquis San-
us SS. Sacra-
missimum Sa-
que Rom-
o soque appa-
aliquam sta-
i (cui tamen
us vexillum
Clericos Sa-
fectu non a-
tis viris pal-
omni cum
erò capsula
la sunt ap-
processioni-
o exhiben-
a pia quām
quod ple-
risque

risque in locis paellæ nubiles, seculariter comptæ,
procis cinctæ, risui, ioco, alijsque levitatibus indul-
gentes in Processionibus seu supplicationibus præ-
eunt; atque Crucem, Reliquias, vel statuas Sanctorum
parua cum reuerentia & edificatione gestant ac de-
ferunt.

§. 37. Præterea caendum ne Beatissimæ Mariæ Vir-
ginis aut cuiusvis Sancti vel Sanctæ plures quam una,
cuiusvis mysterij statua modo supradicto in supplica-
tionibus deferatur, ut ex hoc decreto constat.

Nihil prope tam Sancium est, quod secularium hominum
vanitas non trahat in abusum: Ecclesia de thesauro corporis
Christi exultans, circumfert longis Processionibus, etiam extra
Sacras ades. Hostiam illam salutarem, videlicet simul represe-
nans stineris Christi historiam qui dum quereret salutem no- dolphi 2.
stram in medio populi versatus est, & universam Iudeam cir- archiepif-
cumambulauit docens & agrotos sanans, discipulis comitanti- copi Collo-
bus: quamobrem & Sanctorum reliquias & imagines eorum, vñen. pag-
qui vestigia eius secuti sunt simul circumserimus, significantes 451.
illos nunc cum ipso regnare & triumphare in celis: Que me-
moria debet pijs esse incunda & lata Verum hoc secularis ful-
torum vanitas irrepit, & adhibentur etiam ludi prophani &
scurriles magno strepitu, ac quasi ad bellum procedendum effit
tympana pulsantur, & ociosa spectacula eduntur rebui istis non
congruentia, quibus populus delectatus a rebus qua processiones
aguntur, auocatur. Mandamus idcirco, ut iuxta Casarea Ma-
iestatis reformationem, quicquid non valet ad denotionem excitā-
dæ ex processionibus remaneat. Sed sint processiones cōposita gra-
ues & modesta, absint risus, socii, & confabulationes & orent ha-
mines, aut suavitatem corde ac voce modulantur, nec B. Virginis aut
alterius cuiuslibet S. plures quam imago una uniuscuiusq; cir-
cūferatur ne videatur magna & paruas cultas & incolas sta-
tuas inspicere & non sursum mente in cœlum subducta rem sig-
nificantam potius cogitare: at ubi populus vanus noluerit huc ab-
usum corrigeret & insolentiam prohibere, mandamus & praci-
pimus Sacerdotibus & Clero ne talibus Processionibus intersint
ubi iram Dei non verò misericordiam, in nos provocamus.

§. 38. Processio quoque cum SS. Sacramento non
tam longi itineris circuitu institui debet; ne aut popu-
li deuotio languescat, aut compotationibus alijsque
factis indecoris & irreligiosis occasio præbeatur, vel
etiam populi deuotio languescat. Quod enim sa-
crae processiones per agros & campos magno itineris
circitu certis anni temporibus peraguntur, ratione
quidem habet, nempe quod populus erit, ut segetes

*Concil pro-
vinc. Colo-
nien. sub
Hermannu-
s. part 9.c*

⁸

*Concil Pro-
vinc. Cole-
nien. sub Ad-
olpho 3. in
sens. & de-
cret. e. nihil
prope tam
Sanctum
pag 451. &
452.*

ac fruges terræ à Domino conseruentur. Verum ut alia plurima, ita & hic mos hominum malitia depravatus est, quod per occasionem talis deamulationis, que Deo placando erat instituta, pleraque scelerata committantur. Quamobrem satius videtur, ut hæc, alizæque supplicationes ac processiones, cum contenue Episcopi Diœcesani ita contrahantur & abbrevientur, ut omnis scandali & irreuerentia tollatur occasio & viarum longitudine deuotio non tepescat, sed intra templi Spatia vel oppidis seu pagi septa religiosè fiant, ac in templo, loco precationibus peculiariter dedicato, ostretur Deus, habeaturque tum pius, tum rei ac temporis conueniens ad populum commonitorius sermo.

§. 39. Similiter in sacris supplicationibus vel Processionibus nullæ Sanctorum, aut sacram historiarum, ne ipsius quidem Salvatoris à personatis Adolescentibus, aut alijs representationes fieri debent, vel quidquam exhiberi quod possit intuentium animos ab eo, quod in supplicatione potissimum spectandum est, ad serapere Hinc etiam abrogandæ sunt commissationes, compotationes, choreæ, tripudia pulsatis tympanis, atque saltationes quæ occasione festorum Sanctissimi Sacramenti, vel Dedicationis Ecclesiarum Parochialium solent fieri, quæ etsi olim potuerint sufficere testimonia publicæ latitiae, gaudique spiritualis vt animo simul & corpore fideles Damidis exemplo exultarent, in memoriam tantæ solemnitatis, modo iamen ex morum corruptela multispeccieulis lasciviarum & turpitudinis sunt obnoxiae.

§ 40. Præterea salutares huiusmodi cautæ adhibendæ sunt circa personatus & processionales historias in templis, & publicis supplicationibus occasione aliquarum festiuarum exhiberi solitas per quas scilicet Christi Sanctorum vel aliorum quorumcumque siue viuorum siue mortuorum personæ, miracula, vel res quomodo liber gestæ representantur, quæ omnino abrogandæ, vel nullis, etiam cuiuslibet instituti Religiosis aliter permitti, quam sub prævio examine & permisso Ordinariorum, Diœcesanorum; ne quidquam in eiusmodi actionibus exhibeatur quod sit à veritate vel pietate alienum, quodque oblectet magis oculos carnis quam mentis, vnde sæpè euexit, ut populus in istiusmodi spectaculis sic absorbeatur, vt cultus & reverentia angustissimo Sacramento tunc maximè exhibenda, non sine offendiculo, prò dolor,

negli-

Sacra
natu
uece
§. 4
nim
§.
mixt
vnqu
Atqu
quo
mar
cum
§.
stiss
enir
mer
mori
dem
rect
hun
duc
nes
ven

§
riu
cess
coh
vel
osc
da
tio
tra

D

I.

negligatur, cum populus à debita ipsius ter maximi
Sacramenti veneratione, & oratione ad curiosum or-
natus puerilis, & quasi comicæ cuiusdam actionis a-
ueetur aspectum.

§. 41. Aduertant Sacerdotes, qui posteriores sunt, ne
nimium se elongent à SS. Sacramento.

§. 42. Continuatè, uniformiter, & sine illa inter-
mixtione laicorum Religiosi & Clerici incedere, nec
vnquam subsistere debent; nisi necessitas id postulet.
Atque si contingat eos transire ante SS. Sacramentum
quod forte defertur ab alijs non propterea debent fir-
mare se, multò minùs vna Processio, aliam sibi obuiam
cum Monstrantia SS. Sacramenti benedicere.

§. 43. Dum Celebrans benedit populum cum San-
ctissimo Sacramento hunc ritum seruare deberet: stans
enim versus populum Monstrantiam cum SS. Sacra-
mento ante pectus tenet deinde eleuat illam decenti
mora, non super caput, sed tantum ad oculos, & eo-
dem modo illud demittit infra pectus, mox iterum
recta attollit ut que ad pectus, & deinde ad sinistrum
humerum mox ad dexterum. & rursus ante pectus
ducit, ibique aliquantulum sistit, quasi peracta ad om-
nes partes mundi Crucem etiam omnibus praebat
venerandam, tum gyrum perficitæ reponit.

§. 44. Ad processionem benè instituendam necessa-
rium quoque videtur ut magistratus loci in quo Pro-
cessio institui contingit tempestiè præmoneatur ad
cohendam & coercendam impiorum insolentiam,
vel ad impediendum ne invia, qua procedendum erit,
osculenta aut poculenta vendantur, vel ad remouen-
da quæcumque alia, quæ ad excitandam veram devo-
tionem non faciunt, sed potius ad vanitatem animos
trahunt, & à Sanctis cogitationibus auocant.

TITVLVS VI.

De Oratione publica & solemni, indicta pro regra-
m coram SS. Sacramento, quæ dicitur Qua-
draginta Horarum.

I. **V**THæc tam sancta tamque laudabilis actio
ybique nunc recepta, & à sanctæ memorie

M 7

Clemente